



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll B4 [This Roll was previously named Roll B3, and post-dates the renamed Roll B3.]

Roll B4 [previously B3] (recto)



B.3

Part 1 11 Dec 1399

cc-----Dylwyssh

+ a

Exittus[?] Curia cum Visu tenta ibidem die Jovis proxima post festum conceptionis beate Marie Anno regni Regis Henrici quarti post conquestum primo

cc- Compertum est per Philipum Haverynges Thomam Aylsham Johannem in the lane Johannem Pottesblode Willelmum Gonylde Willelmum Knyght Thomam Short Johannem Short Johannem Carter Elis Shepparde Willelmum Lane & Willelmum Gawayn Jurati presentant quod una fossata apud Asspoyllum non est mundata ad grave nocumentum patrie in defectu domini Et preceptum est ballivo quod mundare facit contra proximam. -- Item presentant quod una alia fossata apud Blawnechepoyllum non est mundata ad grave nocumentum patrie in defectu domini Et preceptum est ballivo sicut aliatt quod emendeat contra proximam Item presentant quod unum Throgh apud finem de Marylle non est reparata in defectu domini ad grave nocumentum patrie qui debet munduire et tenere facere Et preceptum est ballivo quod emendeat contra proximam . – Item presentant quod una alia fossata apud Hewlotesdych non est mundata ad grave nocumentum patrie in defectu Thome Short Ideo ipse in misericordia – ijd Item presentant quod una fossata apud Amielesdych non est scurata ad grave nocumentum patrie in defectu Roberti Denny Chivaler Ideo ipse in misericordia --ijd Item presentant quod una fossata apud le Hame non est reparata nec scurata ad grave nocumentum patrie in defectu Thome Sampson & Walteri Godeman Ideo uterque eorum in misericordia – ijd Item presentant quod una fossata que tenentis Johannis Newman debet repararet non est mindata[sic] ad grave nocumentum patrie in defectu tenentis predictis Ideo ipsius in misericordia – ijd Item presentant quod una fossata apud Hoswodescrofte

+

non est scurata nec mindata[sic] ad grave nocumentum patrie in defectu Thome Sampson. Ideo in misericordia --- ijd Item presentant quod dant domino de commune fine ---
iijs. Item presentant quod Thomas Aylesham extraxit sanguinem de Johanne Pottesblode contra pacem Ideo ipse in misericordia – iiijd Item presentant quod quidam
malefactores qui dicuntur Lumbardes qui venerunt cum furettis & Hays in vareunum domini ad capiendum cuniculos domini ad grave nocumentum tenencium
in defectu firmarij unde omnes tenentes placitant

cc-Compertum est per Juratores predicti Thomam Aylesham capitalium plegium et per tota decenna suam quod Robertus Denney Chivaler Adam Lucas
Johannes atte Brygge Ricardus Courteour & Johannes Chabbam sectatores Curiae fecerunt defaltam ad hunc diem Ideo ipsius et quilibet eorum
in misericordia – ijd Item presentant quod Elena Ledes est communis Brasiator et vendit per dischos & shiphos et non per mensuras
sigillatas et fregit assisam Ideo in misericordia --iiijd Item presentant quod Johannes Pottesblode est communis Hucster et fregit assisam Ideo in misericordia -iiijd
Item presentant quod Johannes Carter est communis Hucster et fregit assisam in vendicionis Ideo in misericordia --- ijd .

cc-Willelmus Lane tenet iij porcis iij porculi Elena Ledes j. porcus ij porculi Johannes Lane iij porcis ij porculi Johannes Carter iij porcis
et ij porculi Thomas Aylesham v porcis & vj porculi Elis Shepparde iij porcis Johannes Pottesblode iiij porcis Ideo ipsius & quilibet
eorum ut patet in capite in misericordia

[Pannagium]

cc-Robertus Ketill & Sibille uxor eius in propriis personis suis querentes de Waltero Godeman de placito terre unius tenementi & xij acras terre Et preceptum est
ballivo quod summoneat eum contra proximam plegius de prosequendo ballivus

cc-Preceptum est ballivo quod summoneat Willelmum Walsh ad respondendum Johanni Pottesblode de placito terre quod sit ad proximam Curiam

cc-Preceptum est quod distingat Adam Lucas quod sit ad proximam Curiam ad respondendum domino quare non debet facere officium prepositi ^{pro} ultimo Anno elapso

cc-Testatum est per ballivum quod Johannes Newman sursum reddidit in manus domini unum toftum cum gardino & tres acras terre apud le Peyhtille

ad opus Johannis Short senioris reddendo domino inde Annuatim faciendo omnia onera & servicia inde debita Et reddendo inde domino Annuatim xvj d & j gallum secundum consuetudinem Manerij Et dat domino de fine pro ingressu xx d Et fecit domino fidelitatem Et admissus est Et quia testatum est apud proximam Curiam quod terra predicta sunt[sic] dimissa Thome Sampson sub sigillo commune ad terminum vite ipsius Thome & ad unum annum ultra proximam sequentem cuius datus est ad festum Pasche Anno regni regis xxj^{mo}

cc-Ad hunc Curiam venit Willelmus Adene filius & heres Cristine Adene et clamat tenere de domino xxx acras terre que predicta Cristina obijt seisata ut preceptum est per totum Homagium Tenendum sibi & [heredibus] suis ad voluntatem domini secundum consuetudinem Manerij Reddendo inde Annuatim -----xx iij Et faciendo omnia onera & servicia inde debita Et ad missus est Et fecit fidelitatem Et dat domino de relevio-----[blank]

cc-Ad hunc Curiam venit Johanna Cokman & sursum reddidit in manus domini viij acras terre cum pertinenciis ad opus Johannis Warynge Tenendum sibi & suis ad voluntatem domini secundum consuetudinem Manerij Reddendo inde Annuatim ij^s iij^d Et faciendo omnia onera & servicia inde debita & consueta Et ad missus est Et fecit domino fidelitatem Et dat domino de fine pro ingressu ----- x^s

cc-Testatum est per Johannem Solas Seneschallum quod Ricardus Wodesere in absentia Curie sursum reddidit in manus domini ij acras terre cum pertinenciis ad opus Elene Wodesere uxoris eius Tenendum sibi & suis secundum consuetudinem Manerij Reddendo inde Annuatim vij^d Et faciendo omnia onera & servicia inde debita Et admissa est Et fecit domino fidelitatem Et dat domino de fine pro ingressu

cc-Ad hunc Curiam venit Elena Wodesere & sursum reddidit in manus domini unum tenementum & vj acras terre & djmidiam quondam Ricardi Morkyn ad opus Thome Ailesham Tenendum sibi & suis ad voluntatem domini secundum consuetudinem Manerij Reddendo inde Annuatim ----- Et faciendo omnia onera redditus servicia & consueta inde debita Et admissus est Et fecit domino fidelitatem Et dat domino de fine pro ingressu ----- vj d

cc-Willelmus Be thewode quia non est prosequente versus Ricardum Wodesere in placito terre Ideo in misericordia ----- ij d

cc-Willelmus Knyght & Johannes Pottesblode electi sunt in officium prepositi Et [erasure] -----

cc-Johannes Short pro transgressione facta cum duabus equis in Avena per dimidiam diem Item cum ij equis in Avena Alia vice Item cum ij duabus equis alia vice
Item cum ij equis in frumento alia vice plegius Pottesblode Item pro fodiacione turvarum in ceparalium domini Ideo ipse in misericordia vel plegius suus in misericordia --vj d

cc-Walterus Terry pro transgressione facta cum iij equis & iij pullani per iij vices fugati extra frumentum & Avenis ad magnum dampnum plegius Pottesblode
Ideo ipse vel plegius suus in misericordia ----iij d

cc-Thomas Aylesham pro transgressione facta cum V porcis extra fugatis per iij vices per ballivum Item alia vices per Willelmum Ingulf. Item per iij vices per Nicholam
servientis mensae Item pro iij vices per messoris Item pro fodiacione turvarum in commune domini ----iij d

cc-Johannes atte Bregge pro transgressione facta pro eo quod occupavit pasturam ad pasturando oves suas in pasturam domini Arnoldi Wodesere &
pasturam in le Aspe per totum Annum ----ij d

cc-Johannes Lane pro transgressione facta pro eisdem defaultam cum bidentibus suis Ideo ipse in misericordia ---- [blank]

cc-Willelmus Lane pro transgressione cum iij porculis per iij vices in piscari per j vacca Item alia vices cum ij vaccis in Avena Item alia vice cum iij
porcis in frumento Item pro fraccione pondum ---- iij d

cc-Willelmus Knyth Tilere quia fodebat magnam foveam in via regia ad grave nocumentum priore & precipuo vicinis & tenentibus. Ideo -ij d

cc-Philippus Haverynge pro transgressione facta cum iij^{or} bobis in avena & in piscari Ideo in misericordia ----- ij d

cc-Robertus Scheparde pro transgressione facta cum iij^s bidentibus in avena pasturandum Ideo in misericordia ----- iij d

cc-Item Nicholus Gonelde pro transgressione facta cum ij bobis & pro custodiensis eorumdem Ideo in misericordia ---- ij d

Afferatores

cc-----Thomas Short

cc-----Phillippus Haverynge

Part 2

8 Jan 1400

Curia tenta **ibidem** die Jovis **proxima** post **festum** Epiphanis domini Anno regni Regis Henrici quarti post conquestum **primo**

Essonia Elena Ledes de **communi** [secta] ----- per **Willelmum** Knyght

Johannes Pottesblode querentis de **Willelmo** Walssh de **placito terre ballivo** respondet **quod summonetur** et ipse non venit **Ideo sicut alia preceptum** est **ballivo** quod summoneat contra **proximam** Et ipse in **misericordia** -----ij d

Adam Lucas venit ad hunc Curiam in **propria persona** sua et **admissus** est ad officium **prepositi pro** Anno ultimo elapsis et **Juratus** est **Robertus Kettill & Sibilla uxor** eius in **proprias personas** suis **opponunt** se **versus** **Walterum Godman** de **placito terre** Et ~~ipse non venerunt~~ Et preceptum est **ballivo** **quod summoneat** contra &c Et **ballivus respondet** e[?]

[End of Roll B4 [previously B3] (recto). Roll B4(verso) follows below.]

Roll B4 [previously B3] (verso)



*Part 2 (continued)**8 Jan 1400*

cc- Ad hunc Curiam venerunt Robertus Ketille & Sibilla uxor eius in propriis personis suis & opponunt se versus Walterum Godman de placito terre Et preceptum fuit ballivo in Curiam precedente quod summoneat eum &c Et ballivus respondet quod ipse summonitus est per Thomam Aylesham & Johannem Pottesblode Et predictus Walterus exactus venit Et predicti Robertus & Sibilla preferunt hic in Curiam quendam Billam in haec verba R honorable & tresreverent Prior l'abbe de Seynt Savyour de Bermondeseye Supplie humbement Robert Ketille & Sibill sa femme que eo un Cristiane Mortelake mourist seisita d'un tenement & dusze acres de terre cum lez appartenances en Dylwyssh le quil terre est tenez de vous a volonte & selon custume de manere Et mesine le dit terre duist descendere a dit suppliant come her le dit Cristiane cest asanoir [?=ainee] file a Symond Arnold frere a dit Cristiane aunte a dit suppliant qui mourist seisita del dit terre Et un Walter Godman tient le dit terre de vous a volonte que please a votre Priorie de deliverer le dit terre al dit suppliant come resone & Ley v-et Rendaunt a vous votre rente & touz altres servicez dut duez selon custume du dit manere par dieu & en honenere du charite Et predicti Robertus & Sibilla petunt terram predictam versus prefatum Walterum Godman in forma predicta Et predictus Walterus dicit quod quidem Johannes Mortlake perquisivit tenementum & terram predictam Tenendum sibi & suis a voluntate domini secundum consuetudinem manerij & obijt inde seisitus per quod messuagium & terra predicta prefate Waltero ut consanguineus & heredi ipsius Johannis Mortlake descendere debet videlicet ut filius Radulfi Godman frater predicti Johannis Mortlake Avunculus ipsius Walteri cuius heres ipse ip est Et petit indem similiter predicti Robertus & Sibilla accionem suam versus eum manutenere debet

Item predicti Robertus & Sibilla dicunt quod predicta Cristina Mortlake & Walterus filius Johannis Mortlake finire
 oceri de tenementum & terre predictis secundum consuetudinem manerij &c & dicunt quod predicta Cristina supervixit prefati Walterum
 filius Johannis &c & obijt inde seisita post cuius mortem tenementum & terre predicta prefati Sibilla ut consanguinea & heres predicte
 Cristiane descendere debet Et hoc proater &c
 Et predictus Walterus dicit quod predictus Walterus filius Johannis Mortlake supervixit prefate & sic tenementum & terra predicta
 prefate Waltero ut consanguinia[sic] & heres ipsius Walteri filius Johannis &c descendere debet Et hoc peratus est verificatus
 & predicti Robertus & Sibilla similiter Ideo ex assensu partines dies datus est partibus predictis in statu quo nuper &c
 usque ad proximam &c processin-- inde vutor in Curiam subsequente

Part 3 7 Jul 1400

¶ Curia Henrici Thompston Abbatis de Bermundeseye tenta apud Dilewyssh die Mercurie
 in festo Translacionis Sancti Thome Martiris Anno regni regis Henrici quarti primo

Essonia de communi cc-Philippus Haverynge de communi [secta] ----- per Adam Lucas

Finis xij d { cc-Ad hanc Curiam testatum est per Ballivum domini quod Johannes Lorchone & Maria uxor eius sola per se examinata
 sursum reddidit in manus domini duas acras terre cum pertinenciis in Houndesshute & Blonchesdowne ad opus Roberti
 Gonulde super quo predictus Robertus admissus fuit ad predictas ij acras terre habendum & tenendum prefato Roberti
 & heredis suis imperpetuum ad voluntatem domini secundum consuetudinem manerij Reddendum & faciendum redditus & servicia prius
 consueta Et fecit finem pro ingressu habendo Et est finis &c supra in Capite Et fecit fidelitatem

Finis vj s viij d

cc-Testatum est per eundem Ballivum & Johannem Hockle quod ~~ux~~ Matilda uxor eiusdem Johannis per eundem Ballivum sola examinata quod predictus Johannes Hockle & Matilda uxor eius ad hanc Curiam sursum reddiderunt in manus domini omnes terras quas tenent infra dominium de Dilewyssh in comitate Surreia ad opus Johannis Shrovysbury & Alicie uxoris eius super quo Dominus concessit omnes terras predictas prefatis Johannis & Alicie & heredes suis Tenendum sibi & heredes suis imperpetuum ad voluntatem domini secundum consuetudinem manerij & faciendum redditus & servicia consueta Et fecerunt fidelitatem & finem pro ingressu habendo et est finis vj.s viij d .

clamat
consulendum

nullo prosequente clamat

cc-Ad hanc Curiam venit Willelmus atte Dene & clamat ij acras terre in manus domini in campo vocato Aps ut propinquos heres Sarre que fuit uxor Willelmus Leyham Et que terra seisitem fuerint in manus domini pro redditus & servicia aretro ut Et ideo datum est dies prefato Willelmo^{usque} ad proximam core consultare domini de responsum suo habendum Et auterum consulium

venire facias

cc-Ad hanc Curiam venerunt Robertus Ketelle & Sibilla uxor eius querentes de placito terre & Walterus Godeman defendans in eodem placito qui habuerunt diem usque nunc perprecios Et nunc inde Allocutus predicti querentes ^{opponunt se versus prefati prefati[sic] Walterus &} tulerunt quoddam parvum breve domini Regis de Recti clausi & hinc rotulis consulterunt cuius tenor patet in predicto breve ut virtute et placiti Antedicti cuius brevis^{usque} predicti querentes petierunt Ad faciendo venire Inquisitio Ad recognendo super eorum sacramentum si Cristina Mortelake supervixit Walterum filium Johannis Mortelake pro ut dicti querentes per eorum narrationem in Curiam proximam supponunt aut predictus Walterus filius Johannis Mortelake supervixit prefatam Cristinam pro ut ipsius defendans ibidem Allegavit nec ne &c Et super hoc preceptum est Bedello quod venire faciet xij. tenentes de dominio de Dilewhyssh ad per quos &c Et recognere &c ^{usque} Qui nec prefati querentes nec defendans aliqua affirmant &c Et commissa sunt tenementum & terre predicta in demando Ricardo Courteour & Bedello custodiendo ad respondendo de exitibus eorum Cuius eorum redditus debeant &c secundum consuetudinem huius manerij Et interim consulendum & Inquirendum est de consuetudines manerij videlicet de fine pro predicto breve recti &c quod quidem breve adnullatus fuit postea

Inquirendum

Relevium vj s iij d. { ¶ Ad hanc Curiam venit Willelmus A Dene & vadiavit relevium pro xxx acris terre que nuper sibi accessere iure heredis post mortem matris sue secundum consuetudinem manerij quod est duplis redditus &c et est relevium ut supra in Capite Et Inquirendum est si reliabi redditus unius venerio &c

resommonitus { ¶ Ad huc resommoniat Willelmum Walssh per bonos proximam summonitus est per bonos proximam quod sit ad proximam Ad respondendo Johanni Potesblode de placito terre plegius de prosecutionis Adam atte Pye & Bedellum &c

Preceptum { ¶ Preceptum est distringere Johannem Warynge pro fine faciendum pro ingressu habendo in viij acris terre que nuper fuerunt Johannis Cokeman pro quibus fidelitatem fecit perplegius [blank]

Preceptum { ¶ Preceptum Elene Wodeseare quod sit ad proximam pro fine pro ingressu habendo in ij acris terre que nuper fuerunt Ricardi Wodeseare nuper maritus suis pro quibus fecit fidelitatem in secunda Curia precedente

Preceptum usset { ¶ Preceptum Thome Ailesham quod sit ad proximam pro fine pro ingressu habendo in vj acris & dimidia terre que nuper cesset quod in precedente vj.d. habuit de Elena Wodeseare pro quibus fidelitatem fecit in secunda Curia precedente

Preceptum misericordia ij.d. { ¶ Thomas Aylesham plegius Willelmi Knygth in misericordia quia non habet predictum Willelmum prout manucepit ideo ipse in misericordia Et Preceptum est distringere predictum Willelmum si inventus fuerit &c Ita quod sit ad proximam ad respondendo domini de eo quod fodit terre domini & regiam viam fregit infra dominium &c

misericordia x .d. { ¶ Robertus Denney Chivaler Thomas Short Willelmus Mulleward Willelmus Gonulde Johannes Warynge sectatores Curie faciunt defaltam Ad hunc diem ideo ipsius & quilibet eorum in misericordia &c

--- iij s. iij.d.

De attachiamentes ut patet in exhibitibus Curie &c

Affiratores { Adam Lucas }
 { Johannis Lane } Jurati ¶ Summa istius Curia xix s iij d

11 -- 12
1399 -- 1412
C 1. 3

[End of Roll B4 [previously B3].]